

3707 [= 2571] fr. epistylis litteris pulchris et magnis Cumis.

L · COCC
R E D E M

Raoul-Rochette *lettre à M. Schorn* p. 434, qui vidit d. 9 Mart. 1827.

Cf. n. 1614.

3708 [= 7230] Cumis rep. a. 1844.

. . . . LO

. . . . IM

EX decurio

num consensv

Minieri Riccio *cenni sopra*

Cuma p. 32.

3709 Cumis in fundo Raphaelis de Martino.

ATRVM

PSIDE E

AE · M

Scherillo ms.

3710 Cumis rep., deinde apud Criscium.

PRIMIO
PVBLICVS · V · A · VIII
MENS · III

Criscius dedit Bruzzae.

3711 [= 2572] in fistula plumbea Cumis rep., postea Neapoli apud princ. de Sangiorgio.

PVBL · MVNIC · CVMANOR

Descripti. Guarini comm. IX ed. 2 p. 27 = iter vag. mans. 3 p. 26, *Bull. dell' inst.* 1838 p. 79. 1845 p. 235.

3712 a. fistulae plumbeae duae. Puteolis apud can. Criscio.

b. fistula plumbea. Neapoli in museo Bourguignon.

REI · PVB · CVMANO

a. Recognovi descriptas a Nissenno.

b. Duhn descriptis.

3713 fistula plumbea Cumis rep. a. 1851.

M · BENNI · RVFI

Fiorelli *mon. ant. punt.* I p. 1; Minervini *Bull. Nap. N. S.* 1, 106; *Annali civ. Sic.* 1854 fasc. 102, 120.

XLV. LITERNVM (ad lacum di Patria).

Sublata Capua bello Hanniblico cum ager eius Romanorum factus esset, quod ait Livius 28, 46 ad a. 549: *quia pecunia ad bellum deerat, agri Campani regionem a fossa Graeca ad mare versam vendere quaestores iussi*, quamquam fossa Graeca praeterea non nominatur, probabiliter ad eam regionem trahemus, ubi postea Liternum fuit. Nam illa aetate rem publicam nullam ibi fuisse probabile est, peccavitque omnino docti poetae indoctus imitator, cum Hannibalem fecit Literni in aede spectantem picturas belli Punici primi (Silius 6, 653 seq.) Sed agri eius maritimi deterrimi omnino in universo territorio Campano magna pars publica manserit necesse est; nam paucis annis post venditionem illam a. u. c. 560 coloniae duae civium Romanorum constitutae sunt Liternum et Voltturnum iisque, ut ait Livius¹⁾, *ager divisus est qui Campanorum fuerat*, scilicet quatenus ad mare situs erat; extra oram enim eius generis coloniae eo tempore nullae constituebantur. Sed ut duae aliae coloniae simul conditae in Campania inferiore Puteoli et Salernum laete creverunt, ita citeriores duae illae deductae in regionem paludosam et barenosam (cf. Livius 22, 46, 4 cet.) parum prosperam vitam habuerunt. Liternum autem conditum est secundum Livium (32, 29) et Strabonem (5, 4, 4 p. 243) *ad ostia fluminis Literni*, qui fluvius apud reliquos auctores Clanius appellatur, id est ad stagnum q. d. *lago di Patria*, ubi antiqua ostia illa hodie mutata adhuc cernuntur dicta *Foce di Patria*. Deducti sunt homines non plus trecenti (Liv. 34, 45); ius dixerunt ibi ut in reliquis civium Romanorum oppidis Campanis praefecti Capuam Cumas (Festus s. v. praefecturae p. 233). Capto

1) 34, 45. Secundum verba Livii non solum Liternum et Voltturnum, sed Puteoli quoque et Salernum in agrum deducti sunt qui Campanorum fuisset; sed errore quod de duabus verum erat ad omnes extendit.

oppido ab Italicis bello sociali (Appian. b. c. 1, 42) nihilo minus res publica postea quoque mansit (Cicero de l. agr. 2, 25, 66) nomenque ponunt chorographi Strabo l. c., Mela 2, 4, 70, Plinius 3, 5, 61, Ptolemaeus 3, 1, 6 et in simili loco Ovidius met. 5, 714, item itineraria (vide p. 58), nec raro memorant posteriores auctores Scipionis Africani maioris Literninum, *villam*, ut ait Seneca ep. 86, 3, *structam lapide quadrato, murum circumdatum silvae, turres quoque in propugnaculum villae* (propter praedones scilicet; cf. Valerius Maximus 2, 10, 2) *utrimque subrectas, cisternam aedificiis ac viridibus subditam, quae sufficere in usum vel exercitus posset, balneolum angustum tenebricosum ex consuetudine antiqua*, ubi ultimos vitae annos exegit Africanus et sepulcrum sibi fecit quod per saecula monstrabatur (Livius 38, 52. 53. 56 et inde Oros. 4, 20; Strabo l. c.; Plinius n. h. 16, 44, 234; cf. 14, 4, 49; Dio fr. 63. l. 38, 26). Sed quod ait liber coloniarum p. 235: *Liternum muro ductum: colonia ab Augusto deducta: iter populo debetur p. CXX: ager eius in iugeribus veteranis est adsignatus*, vix admitti potest; nam de auctoribus coloniarum saepissime in eo indice erratum est, nec credibile Augusti temporibus Liternum revixisse, quod iam Tiberiana aetate appellatur *ignobilis ac deserta palus* (Valerius Max. 5, 3, 2) et, si titulos respicis, paene sine vestigiis interiit, id quod in paucissimas colonias Romanas cadit.

Liternum si stetit, ut videtur stetisse, in litore ad meridiem lacus Patriae, ex ipsis illis locis certos titulos nullos habemus. Complexus sum hoc capite dispersos in vicis vicinis mediterraneis magis Frignano maggiore, Frignano piccolo, Callitto sive la Galita a meridie vici Casa Pesella, Partano; quamquam plerique eorum pari iure ad vicinam Atellam revocari potuerunt. Ad rem publicam Literni quae pertineant in his titulis non reperiuntur.

3714 [= 3612] Frignano piccolo in ecclesia S. Mariae DON. FABR. MARTOR., qui emptam Aversae intulit museo Neapolitano.

SIGNA · TRANSLATA EX ABDITIS
LOCIS AD CELEBRITATEM
THERMARVM SEVERIANARVM
AVDENTIVS · AEMILANVS · V · C · CONS^{sic}
5 CAMP · CONSTITVIT DEDICARIQVE PRECEPIT
CVRANTE TANNONIO CRYSANTIO V · P

Descripti et recognovi. Donius cod. Vat. 7113 f. 44 a Menestrierio indidemque opinor Fabretti 280, 173 ex schedis Barb.; Martorelli theca p. 544 add. p. XXXVI (ex Martorellio Pratilli cons. p. 48; Donat. 217, 5; Winckelmann *Werke* II p. 23) collatis Ignarra de pal. p. 130 iisque quae ex ore Martorellii refert Franciscus la Vega (apud Fiorellium *giornale degli scavi di Pompei, proemio all' illustrazione* 1851 p. XVI; *giornale degli scavi di Pompei* 1861 n. 8/10 p. 289); Gervasio Mav. Loll. p. 30; Fiorelli cat. n. 1405. Orelli 3275.

Audentius Aemilianus redit n. 3866, Tannonius Crysantius n. 1813. 1815.

XXXVII. ABELLINVM (p. 127. 969).

ad n. 4454. Est in codice Londiniensi Harleiano 2574 saec. XV f. 75. Exemplum non differt.

8364 tabella marmorea rep. prope Atripaldam
alla Civita.

VERATIVS CAPRIV
S CVM CONI'GE
SVA VICIRIA MY
RINENE SE VIBOS M
5 EMORIA SIBI FECE
RVNT ET SVIS

Sogliano apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1884
p. 299.

XXXVIII. ABELLA (p. 136. 969).

ad p. 436. 442. In collectaneis codicis Neapolitani XIV D. 8 (v. index auctorum s. v. Anonymus Corvisierii) scripto a. 1525 adsunt epigrammata Abellanum unum n. 1217, Nolana autem n. 1258. 1262. 1267 (v. infra). 1272, item fragmenta sive Abellana sive Nolana n. 8365 sumpta omnia de ipsis saxis exemplis probis, versuum tamen divisione non observata.

XXXIX. NOLA (p. 142. 969).

ad n. 1267. Est item in cod. Neap. XIV D. 8
f. 35' collocata 'Nolae'. Est ibi 4 C·AESIAE
— 2 HIPARCHO — 4 GLITIONAE.

ad n. 1367. Diligentius inspecta editione in-
tellectum est versum Hebraicum a Remondi-
nio non ad titulum hunc referri, sed proponi
ut lectum in lucerna aenea.

8365 loco non adscripto, sed post Nolanam
X, 1258, ante Abellanam X, 1217, in codice
Neapolitano XIV D. 8 f. 36 leguntur haec sine
dubio trahenda ad alterum utrum oppidum
'in marmore fracto':

EMPRONIO
RVNTIAE
NGNAE·VXSORI
et in alio fracto:
VXSOR
et in alio:
VNXOR

XL. HERCVLANEVM (p. 156. 970).

ad n. 4408. Dele; est Venafrana infra n.
4845.

ad n. 8167. Iam prostat in lapidario Neapolitano
sub n. 409558, ubi a. 1882 excepi sic:

SALVTI
SACRVM

XLI. NEAPOLIS (p. 170. 970).

ad n. 1504. Extat Romae apud Institutum archaeologicum. Scr. 4
COMINIÓ — VERECVNDÓ — 2 DÍA — PÍSSIMO — 3 ΦONTEI8 et
suo versu ΚΑΠΙΤ.

ad n. 1537. V. 13 refert peregrinator Gallus a. 1574 (vide n. 8388)
f. 390 legens G·F — PLVS·M·A·L·D·B·DIE·III·SEPT·IMPER·D·V·MAVRITIO·
PP·AVG reliquis omissis.

XLII. PVTEOLI (p. 182. 971).

ad. p. 189. In museo Porticensi qui fuerint scripti lapides a. 1808
intelleximus ex inventario Petri la Vega nuper edito in documentorum
pertinentium ad historiam museorum Italicorum volumine quarto
p. XVIII—XX. Fuerunt autem hi:

Pompeiani (vel certe editi inter Pompeianos) n. 925. 1077. 1079.

Nolanus n. 1295.

Herculanensis n. 1452 (tabula aenea).

Putcolani n. 1556. 1596. 1597. 1631. 1636. 1644. 1650. 1666. 1690.

1691. 1761. 1790. 1820. 1831. 1885. 1912. 1954. 1971. 1997.

2016. 2025. 2068. 2157. 2186. 2202. 2224. 2359. 2427. 2498.

2615. 2661. 2777. 2829. 2830. 2831. 2832. 2833. 2847. 2972.

3161. 3225. 3229.

Misenenses n. 3377. 3379. 3448. 3486.

Cumani n. 3692. 3696.

Literninus n. 3714.

Aenarienses n. 6786—6788. 6791. 6793. 6794. 6796—6799.

Caprensium n. 6810.

Ausculanus vol. IX n. 678.

urbani vol. VI n. 1320 (*M. Porcius M. f. Cato*; originis urbanae
testimonia adsunt) et 9880 (*olla Iucundae sarcinatr.*; de origine
praeterea non constat, sed tabella est columbarii).

Ostiensis I. R. N. 6803.

Vellem eo indice uti potuissem in sylloge ordinanda; inde enim patet in
id museum lapides potissimum illatos esse repertos saeculo XVIII medio